

cati itaq; fideli constātia, atq; oratione deuota etiam, quod nostrum est, non omittamus, humana auxilia quærentes siue per bella iusta, siue alias, non tamē in his, sed in solo domino spem ponentes. Quis enim dubitat, & discipulos domini in fluctibus remis laborasse, & tamen non in suis laboribus, sed domini, cui dixerunt. Domine salua nos, perimus, confisos fuisse.

Dominus sine du-
dio exur-
get si cō-
stātes in
fide ora-
uerimus

Si itaq; preparati orauerimus constantes in fide, exurget sine dubio & ipse dominus, & increpabit ventos aduersantes, & euanescere facit audaces aduersarios fidei, facietq;) sicut tertia ps euangelij demonstrat) pacem magnā etiam temporalem, & corporalem ecclesie sue, inimicos vel reducendo, vel humiliando, ne confidentibus in se corporaliter nocere possint, si tamen ita filiis suis expedit, atq; confert. An non iam inimicos nostros humiliare cepit, & qui polliciti fuerant infra breuissimum tempus hanc patriam deuastare, & sue rebellionis confociare &c? Quod q; perficere audaci, ac valida manu tenarunt, non in domino, sed in robore exercitus sui confidentes? Sed misericors dominus paululum dormirabat expectans, quid nos acturi essemus. Inuasit nos sicut & discipulos tremor, & timor &c. vt in sermone de bello. T. Mirabantur tunc discipuli, ac homines ceteri facta tranquillitate magna. Miremur & nos (hortatur Orige. quando benignitatem, & beniuolentiam ostendit circa nos dominus, quando de periculis nos saluare dignatur, quando de tumultibus nos liberat, quando ab inimicis insequentibus eruit nos. Miremur & mirantes gratias agamus, gratie obaudiamus, obaudientes timeamus, timentes diligamus, vt qui cepit non cesset, sed ad perfectum nostram liberationem consumet. Quod si nostrorum peccatorum qualitas exigit nos temporaliter flagellari, & pacem à nobis auferri temporalem, faciet sine dubio in nobis dominus pacem maiorem, conscientie tranquillitatem, qua secum pacem habet, omnem mundi præsuram legiti de-

spiciemus, qualem dilectis apostolis promisit, & dedit. Ait enim Ioan. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis. In mundo enim præsuram habebitis, in me autem pacem, eisdem 16. Dabit tandem in futuro pacem maximam vtriusq; corporis, & animæ, cum pro nostra constantia si eam in tribulatione seruabimus præmiando dabit vitam sempiternam, cui persecutor nullus appropinquat, vbi absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neque clamor, neq; dolor, que prima abierunt, sed gaudium, & voluptas sine fine. Quæ si iam firma fide consideramus nihil in præsentem timebimus, sed magis gaudebimus de tribulatione, quam quasi aram acceptabimus glorie post futuræ. Quam nobis largiatur dominus noster: Amen.

Coronæ eorū qui cōstātes fuerint in tentationibus.

DOMINICA QUARTA
post octa. Epiphaniæ Sermo
I. in ordine. XV III.

VENITE ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis & ego, reficiam vos. Tollite iugum super vos, & discite quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meum suauiter est onus leue. Matth. 11.

In his verbis generalis recte viuendi norma, imo totius christiane discipline regula proponitur. Vocamur autem primo omnes ad legis obseruantiam. Persuadetur eius acceptio, quia iucunda, & leuis, pro secundo. Tertio præmium laboris offertur, quod est requies perpetua animarum. Vt ergo ad diuine legis obseruantiam (sine qua nulli est salus) beniuoli, & alacres reddamur, eius leuitatem, suauitatem pariter, & iucunditatem placuit particulariter exponere. Pro gratia Aue Maria. Primo videndum erit de leuitate iugis. Secundo de eius iucunditate, & suauitate. Tertio q; ex hoc q; leue est nullatenus venit parui pendendum.

De norma & regula discipline christiane.

Leuitas